



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

73. Christus asinam & pullum sibi adduci præcipit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

tens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. *Matth. 26.*

Vers. 12.

III. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam ejus. *Matth. 26. V. 13. Marc. 14.*

Vers. 9.

MEDITATIO LXXIII.

Christus asinam & pullum sibi adduci precipit.

I. ET factum est, cum appropinquasset Iesus ad Bethphage, & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliveti, misit duos discipulos suos, *Luc. 19. V. 29.* dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est: *Matth. 21. V. 2.* & statim introeuntes illuc, *Marc. 11. V. 2.* invenientis asinam alligatam, & pullum *Matth. 21. V. 2.* asinae alligatum, *Luc. 19. V. 30.* cum ea, *Matth. 21. V. 2.* cui nemo unquam hominum sedit. *Luc. 19. V. 30.* Solvite, & adducite mihi. *Matth. 21. V. 2.*

II. Et si quis vobis aliquid dixerit: *Matth. 21. V. 3.* Si quis vobis dixerit? Quid facitis? *Marc. 11. V. 3.* Si quis vos interrogaverit: Quare solvitis? *Luc. 19. V. 31.* Dicite: Quia

Quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. *Matth. 21. v. 3.* Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filix Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subjugalis. *Matth. 21. v. 4. & 5.* Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. Hæc non cognoverunt discipuli ejus primùm: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. *Ioan. 12. v. 15. & 16.*

III. Euntes autem discipuli, fecerunt, sicut præcepit illis Iesus. *Matth. 21. v. 6.* Abierunt, qui missi erant, & invenerunt, sicut dixit illis, stantem pullum. *Luc. 19. v. 31. & 32.* Invenerunt pullum ligatum ante januam foris in bivio: & solvunt eum. *Marc. 11. v. 4.* Solventibus autem illis pullum, dixerunt domini ejus ad illos: Quid solvitis pullum? At illi dixerunt; Quia Dominus eum necessarium habet. *Luc. 19. v. 33. & 34.* Et dimiserunt eis. *Marc. 11. v. 6.* Et adduxerunt asinam, & pullum, *Matth. 21. v. 7.* ad IESUM, *Marc. 11. v. 7. Luc. 19. v. 35.*

MEDITATIO LXXIV.

*IESVS asinam conscendit Apostolorum
Vestibus instratam.*

I. **A**Dduxerunt asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. *Matth. 21. v. 7.* Duxerunt pullum ad IESUM; *Marc. 11. v. 7.* & iactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt IESUM. *Luc. 19. v. 35.* Et sedit super eum. *Marc. 11. v. 7. Ioan. 12. Vers. 14.*

II. Eunte autem illo, *Luc. 19. Vers. 36.* plurima turba straverunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos (frondes, *Marc. 11. v. 8.*) de arboribus, & sternebant in via. *Matth. 21. v. 8.* Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes, Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis. *Matth. 21. v. 9.* Benedictum quod venit regnum patris nostri David: Hosanna in excelsis. *Marc. 11. v. 10.*

III. Turba autem multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clama-

ma-